BIBLIA LATINA (TEILBIBEL)
Österreich, Anfang 13. Jh.
Seite 89v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



uallium post te. Numquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius: et derelin
ques ei labores tuos. Numquid credis ei quo reddat sementem tibi: et aream
tuam congreget. Penna strucionum similis est pennis herodii et accipitris.
Quando dereliquit in terra oua sua: tu forsitan in puluere calefacies ea.
Obliuiscitur quod pes conculcet ea: aut bestie agri conterant. Indurat ad filios
suos quasi non sint sui: frustra laborauit nullo timore cogente. Priuauit
enim deus eam sapientia: nec dedit illi intelligentiam. Cum tempus fuerit in altum
alas erigit: deridet equitem et ascensorem eius. Numquid prebebis equo forti
tudinem: aut circumdabis collo eius hynnitum. Numquid suscitabis eum quasi
locustas. Gloria narium eius terror. Terram ungula fodit exultat audacter. in
occursum pergit armatis: contempnit pauorem nec cedit gladio. Super ipsum
sonabit pharetra: uibrauit hasta et clypeus. Feruens et fremens sorbet
terram: nec reputat tube sonare clangorem. Ubi audierit bucinam dicet ua.
Procul odorat bellum: exhortationem ducum et ululatum exercitus. Numquid
per sapientiam tuam plumescit accipitur expandens alas suas ad austrum: aut
ad preceptum tuum eleuabitur aquila et in arduis ponet nidum suum. In petris
manet et in preruptis silicibus commoratur: atque in inaccessis rupibus. Inde
contemplatur escam: et de longe oculi eius prospiciunt. Pulli eius lambent san
guinem: et ubicumque cadauer fuerit statim adest. Et adiecit dominus et lo
cutus est ad iob. Numquid qui contendit cum deo tam facile conquiescit. Itaque
qui arguit deum debet respondere ei. Respondens autem lob domino di
xit. Qui leuiter locutus sum: respondere quid possum. Manum meam ponam
super os meum. Unum locutus sum quod utinam non dixissem: et alterum quibus

Respondens autem dominus lob de Cultra nichil addam.
turbine dixit. Accinge sicut uir lumbos tuos: interrogabo
te et indica michi. Numquid irritum facies iudicium meum: et con
dempnabis me ut tu iustificeris. Et si habes brachium sicut deus. et si
uoce simili tonas: circumda tibi decorem et in sublime erigere: et esto